ELEGÍAS DE LIGDAMO

ELEGÍA I

ELEGIA I

Martis Romani festae venere kalendae
exoriens nostris hic fuit annus avis:
et vaga nunc certa discurrunt undique pompa
perque vias urbis munera perque domos.
Dicite, Pierides, quonam donetur honore
seu mea, seu fallor, cara Neaera tamen.
Carmine formosae, pretio capiuntur avarae:
gaudeat, ut digna est, versibus illa meis.

ELEGÍA I

Llegaron ya de Marzo las calendas;
Del Romano hoy el año principiaba;
Por eso hoy van con pompa los obsequios
De Roma por las calles y las casas.
Musas, decid ¿qué ofrenda enviaré á Neera
Que ora mía ó ya infiel, me es siempre cara?
Las hermosas conquístanse con versos,
Cautívase con oro á las avaras;
Mas como ella es hermosa como nadie,
Dignos de ella no más mis versos halla.

Lutea sed niveum involvat membrana libellum,
pumex et canas tondeat ante comas
summaque praetexat tenuis fastigia chartae
indicet et nomen littera facta meum,
atque inter geminas pingantur cornua frontes:
sic etenim comptum mittere oportet opus.
Per vos, auctores huius mihi carminis, oro
Castaliamque umbram Pieriosque lacus,
ite domum cultumque illi donate libellum,
sicut erit: nullus defluat inde color.
Illa mihi referet, si nostri mutua cura est,
an minor, an toto pectore deciderim.
Sed primum meritam larga donate salute
atque haec submisso dicite verba sono:
«haec tibi vir quondam, nunc frater, casta Neaera,
mittit et accipias munera parva rogat,
teque suis iurat caram magis esse medullis,
sive sibi coniunx sive futura soror:
sed potius coniunx: huius spem nominis illi
auferet exstincto pallida Ditis aqua.»

Tela amarilla envuelva al blanco libro,
La pomez pula su aspereza cana,
Que con letras inscríbase mi nombre
Del tenue pergamino en la parte alta,
Y entre los bordes el botón se pinte;
Así debe mi obra ser enviada.
Á vosotras, ¡oh Musas! yo os lo ruego
Por la Castalia sombra y Pierias aguas,
Tal como mi obra está, dádsela á Neera;
Que no tenga mi libro ni una mancha.
Que ella diga si es mutuo el amor nuestro,
Si es menor, ó si acaso ya no me ama.
Mas antes presentadle mis saludos,
Decidle en tono humilde estas palabras:
«Neera, tu amante ayer, mas hoy tu amigo,
Te ruega que recibas esta dádiva;
Y te jura, que ya su amiga seas
Ó su esposa, ha de amarte con el alma.
Sé su esposa mejor; de así llamarte
Perderá al morir sólo la esperanza.»

ELEGÍA II

ELEGIA II

Qui primus caram iuveni carumque puellae
eripuit iuvenem, ferreus ille fuit.
Durus et ille fuit, qui tantum ferre dolorem,
vivere et erepta coniuge qui potuit.
Non ego firmus in hoc, non haec patientia nostro
ingenio: frangit fortia corda dolor:
nec mihi vera loqui pudor est vitaeque fateri
tot mala perpessae taedia nata meae.
Ergo cum tenuem fuero mutatus in umbran
candidaque ossa super nigra favilla teget,

ELEGÍA II

Quien primero al amante de su amada
Separó ó á ella de él ¡ay! fué de hierro;
Y duro fué quien soportó tal pena
Y vivir pudo de su amada lejos.
No tengo tal firmeza, aun á las almas
Las más fuertes quebranta el sufrimiento;
Y decir la verdad no me avergüenza
Ni de mi vida confesar los duelos.
Cuando yo me convierta en tenue sombra
Y el polvo cubra ya mis blancos huesos,

ante meum veniat longos incompta capillos
et fleat ante meum maesta Neaera rogum.
Sed veniat carae matris comitata dolore:
maereat haec genero, maereat illa viro.
Praefatae ante meos manes animamque precatae
perfusaeque pias ante liquore manus,
pars quae sola mei superabit corporis, ossa
incinctae nigra candida veste legent,
et primum annoso spargent collecta Lyaeo,
mox etiam niveo fundere lacte parent,
post haec carbaseis umorem tollere velis
atque in marmorea ponere sicca domo.
Illic quas mittit dives Panchaia merces
Eoique Arabes, dives et Assyria,
et nostri memores lacrimae fundantur eodem:
sic ego componi versus in ossa velim.
Sed tristem mortis demonstret littera causam
atque haec in celebri carmina fronte notet:
«Lygdamus hic situs est: dolor huic et cura Neaerae,
coniugis ereptae, causa perire fuit.»

Que Neera, ante mi pira, triste venga
Para llorarme, sueltos sus cabellos,
Y que al venir, su madre la acompañe,
Y ella llore á su amante, ésta á su yerno.
Después de orar y de invocar á mi alma,
Con manos puras, que en sus trajes negros
Ambas pongan mis huesos calcinados,
Postrimero residuo de mi cuerpo;
Que los bañen después con blanca leche,
Que piadosas les rieguen vino añejo
Y con lienzos de lino los enjuguen
Para llevarlos á mi tumba secos;
Que allí viertan perfumes de Pancaya
Y de Arabia y de Asiria y que allí mesmo
Ellas su llanto á los perfumes mezclen;
Que me honren así después de muerto.
Mas de mi fin para expresar la causa
Grábense en mi sepulcro aquestos versos:
«Ligdamo yace aquí; causó su muerte
De perder á su Neera el sufrimiento.»

ELEGÍA III

ELEGIA III

Quis prodest caelum votis implesse, Neaera,
blandaque cum multa tura dedisse prece,
non ut marmorei prodirem e limine tecti,
insignis clara conspicuusque domo,
aut ut multa mei renovarent iugera tauri
et magnas messes terra benigna daret,
sed tecum ut longae sociarem gaudia vitae
inque tuo caderet nostra senecta sinu,
tum cum permenso defunctus tempore lucis
nudus Lethaea cogerer ire rate?
Nam grave quid prodest pondus mihi divitis auri,
arvaque si findant pinguia mille boves?

ELEGÍA III

¿Para qué al cielo fatigar con votos,
Con muchas preces y con blando incienso,
Si no quise nacer de ilustre casa,
Ni pisar siempre mármoles soberbios,
Ni arar muchas yugadas con mis toros
Para inmensa cosecha hallar en premio,
Sino mis dichas compartir contigo
Y apoyar mi vejez sobre tu seno
Hasta tomar á la hora de la muerte,
Ya desnudo, la barca del Leteo?
¿Qué me importan del oro el peso grave,
Ó abrir con bueyes mil un fértil suelo,

Quidve domus prodest Phrygiis innixa columnis,
Taenare, sive tuis, sive, Caryste, tuis,
et nemora in domibus sacros imitantia lucos
aurataeque trabes marmoreumque solum?
Quidve in Erythraeo legitur quae litore concha
tinctaque Sidonio murice lana iuvat,
et quae praeterea populus miratur? in illis
invidia est: falso plurima vulgus amat.
Non opibus mentes hominum curaeque levantur:
nam fortuna sua tempora lege regit.
Sit mihi paupertas tecum iucunda, Neaera:
at sine te regum munera nulla volo.
O niveam, quae te poterit mihi reddere, lucem!
o mihi felicem terque quaterque diem!
At si, pro dulci reditu quaecumque voventur,
audiat aversa non meus aure deus,
nec me regna iuvant nec Lydius aurifer amnis
nec quas terrarum sustinet orbis opes.
Haec alii cupiant, liceat mihi paupere cultu
securo cara coniuge posse frui.
Adsis et timidis faveas, Saturnia, votis,
et faveas concha, Cypria, vecta tua.
Aut si fata negant reditum tristesque sorores,
stamina quae ducunt quaeque futura neunt,
me vocet in vastos amnes nigramque paludem
dives in ignava luridus Orcus aqua.

Palacios sustentados por columnas
De Tanaro y Caristo y allí en ellos
Parques tener que á bosques se asemejen,
Marmóreos pisos y dorados techos,
Y la lana con múrice teñida
Y las perlas que esconde el Golfo Pérsico
Y cuanto el pueblo admira? ¡Falsos bienes
Que sólo ama y envidia el vulgo necio!
No el humano dolor el oro cura;
Gobierna al hombre su destino ciego.
Será alegre contigo mi pobreza,
Las riquezas de un rey sin ti no quiero.
¡Oh mil veces feliz el fausto día
Que haya de devolverte á mí de nuevo!
¡Ah! si diese mi dios fácil oído
Al voto que hago yo por tu regreso!
Despreciara del orbe las riquezas
Y el oro del Pactolo y los imperios.
Que otros esto deseen, y yo pobre
Con mi Neera vivir pueda contento.
Venus, que vas llevada por tu concha,
Y tú, Juno, escuchad mi humilde ruego.
Mas si las Parcas que el futuro cantan
Y los hados me niegan su regreso,
Llámame tú á habitar, pálido Orco,
Tus vastos ríos y tus lagos negros.

ELEGÍA IV

ELEGIA IV

Di meliora ferant, nec sint mihi somnia vera
quae tulit hesterna pessima nocte quies.
Ite procul, vani, falsumque avertite visum:
desinite in nobis quaerere velle fidem.
Divi vera monent, venturae nuntia sortis
vera monent Tuscis exta probata viris:
somnia fallaci ludunt temeraria nocte
et pavidas mentes falsa timere iubent.
Et natum in curas hominum genus omina noctis
farre pio placant et saliente sale?
et tamen, utcumque est, sive illi vera moneri,
mendaci somno credere sive volent,

ELEGÍA IV

Lo mejor dadme, ¡oh dioses!; que mi ensueño
De la noche de ayer, cierto no sea.
¡Oh ensueños! lejos id: tornad el rostro,
Buscar fe en mí no pretendáis. Enseñan
Los dioses la verdad, y las entrañas
Que el arúspice ve se la revelan.
Mas con nosotros juegan los ensueños
Y al asustado espíritu amedrentan,
Y el hombre de la noche el mal presagio
Con centeno y con sal tan sólo aleja.
Ya juzgue los ensueños mentirosos
Ó ya que la verdad ellos nos muestran,

efficiat vanos noctis Lucina timores
et frustra immeritum pertimuisse velit,
si mea nec turpi mens est obnoxia facto
nec laesit magnos impia lingua deos.
Iam nox aetherium nigris emensa quadrigis
mundum caeruleo laverat amne rotas,
nec me sopierat menti deus utilis aegrae:
somnus sollicitas deficit ante domos.
Tandem, cum summo Phoebus prospexit ab ortu,
pressit languentis lumina sera quies.
Hic iuvenis casta redimitus tempora lauro
est visus nostra ponere sede pedem.
Non illo quicquam formosius ulla priorum
aetas, heroum nec tulit ulla domus.
Intonsi crines longa cervice fluebant,
stillabat Syrio myrtea rore coma.
Candor erat, qualem praefert Latonia Luna,
et color in niveo corpore purpureus,
ut iuveni primum virgo deducta marito
inficitur teneras ore rubente genas,
et cum contexunt amarantis alba puellae
lilia et autumno candida mala rubent.
Ima videbatur talis inludere palla;
namque haec in nitido corpore vestis erat.
Artis opus rarae, fulgens testudine et auro
pendebat laeva garrula parte lyra.

Que Lucina disipe mis temores
Ó haga que sin razón yo no los tema,
Si culpable no soy de odioso crimen
Ni de los dioses blasfemó mi lengua.
Ya la Noche, después de haber medido
El mundo etéreo en su cuadriga negra,
De su carro en el mar la rueda hundía
Y el útil dios que cura las tristezas
Á mi espíritu aún no consolaba.
Huye el sueño la casa de quien vela.
Al fin cerró mis fatigados ojos
Cuando Febo de luz bañó la tierra.
Entonces, de laurel la sien ceñida,
De pie miré yo á un joven en mi puerta.
Nunca, ni aun en los tiempos de los héroes,
Un joven más hermoso el mundo viera.
Flotaban sus cabellos en su espalda
De nardo Asirio destilando esencias;
Blanco era cual la Luna; mas su cuerpo
La púrpura encendió cual á la tierna
Mejilla de la esposa el rubor tiñe
Cuando al tálamo va por vez primera,
Cual enrojece Otoño á las manzanas
Y al lino el amaranto colorea.
Una clámide larga lo envolvía;
Tal veste de su cuerpo digna era.
Una obra de arte rara, de oro y nácar,
Una lira, colgábale á la izquierda;

Hanc primum veniens plectro modulatus eburno
felices cantus ore sonante dedit:
sed postquam fuerant digiti cum voce locuti,
edidit haec dulci tristia verba modo:
«Salve, cura deum: casto nam rite poetae
Phoebusque et Bacchus Pieridesque favent.
Sed proles Semeles Bacchus doctaeque sorores
dicere non norunt, quid ferat hora sequens:
at mihi fatorum leges aevique futuri
eventura pater posse videre dedit.
Quare ego quae dico non fallax accipe vates,
quodque deos vero Cynthius ore feram.
Tantum cara tibi, quantum nec filia matri
quantum nec cupido bella puella viro,
pro qua sollicitas caelestia numina votis,
quae tibi securos non sinit ire dies,
et, cum te fusco somnus velavit amictu,
vanum nocturnis fallit imaginibus,
carminibus celebrata tuis formosa Neaera
alterius mavult esse puella viri,
diversasque suas agitat mens impia curas,
nec gaudet casta nupta Neaera domo.
A crudele genus nec fidum femina nomen!
a pereat, didicit fallere si qua virum.
Sed flecti poterit: mens est mutabilis illis:
tu modo cum multa bracchia tende fide.
Saevus Amor docuit validos temptare labores;
saevus Amor docuit verbera posse pati.

Dulce canto sus labios modularon,
Con plectro de marfil tañó sus cuerdas
Y la voz con la música al unirse
Pronunció estas palabras con tristeza:
«Salve, amor de los dioses; Febo y Baco
Y las Musas protegen al poeta,
Mas no Baco y las Musas decir saben
Lo que trae la hora que nos llega;
De los hados la luz y lo futuro
Sólo á mí ver mi padre concediera.
Lo que vate veraz yo, dios del Cintio,
Te digo á ti, como verdad acepta.
La que amas tú cual madre ama á su hijo,
Más que un esposo á su consorte bella,
Esa por quien al cielo elevas votos
Y que un día tranquilo no te deja,
Esa que cuando el sueño á ti te envuelve
Siempre te engaña con visiones negras,
La Neera á quien cantas en tus versos
Á pesar de que de otro ser anhela,
Hoy no agita por ti su mente impía,
Ir casada á tu hogar ya no le alegra.
¡Que mueran las que engañan! ¡Oh cruel raza
Que el nombre de mujer indigna llevas!
Mas vencerla pudieras, que es mudable;
Tiende con fe los brazos hacia ella;
Cruel Amor enseñó tales trabajos,
Cruel Amor enseñó á sufrir tal pena.

Me quondam Admeti niveas pavisse iuvencas
non est in vanum fabula ficta iocum:
Tunc ego nec cithara poteram gaudere sonora
nec similes chordis reddere voce sonos,
sed perlucenti cantum meditabar avena,
ille ego Latonae filius atque Iovis.
Nescis quid sit amor, iuvenis, si ferre recusas
immitem dominam coniugiumque ferum.
Ergo ne dubita blandas adhibere querelas:
vincuntur molli pectora dura prece.
Quod si vera canunt sacris oracula templis,
haec illi nostro nomine dicta refer:
hoc tibi coniugium promittit Delius ipse;
felix hoc alium desine velle virum.»
Dixit, et ignavus defluxit corpore somnus.
A, ego ne possim tanta videre mala.
Nec tibi crediderim votis contraria vota
nec tantum crimen pectore inesse tuo.
Nam te nec vasti genuerunt aequora ponti
nec flammam voluens ore Chimaerea fero
nec canis anguinea redimitus terga caterva,
cui tres sunt linguae tergeminumque caput,
Scyllaque virgineam canibus succincta figuram,
nec te conceptam saeva leaena tulit,
barbara nec Scythiae tellus horrendave Syrtis,
sed culta et duris non habitanda domus,
et longe ante alias omnes mitissima mater
isque pater quo non alter amabilior.
Haec deus in melius crudelia somnia vertat
et iubeat tepidos irrita ferre notos.

En otro tiempo yo las níveas vacas
De Admeto apacenté, la historia es cierta;
No entonces me alegraba con la lira
Ni acompañé mis cantos con sus cuerdas;
Entonces yo, hijo de Latona y Jove,
Cantar sólo ensayaba con la avena.
Lo que es Amor no sabes; si rehusas
Sufrir á amante cruel y á esposa fiera,
Nunca á las quejas recurrir olvides,
Vencen á pechos duros preces tiernas.
Si el oráculo es cierto en mis santuarios,
Á ella en mi nombre estas palabras lleva:
«Esta feliz unión Delio te ofrece,
De amar á otro hombre para siempre deja.»
Dijo y el sueño abandonó mi cuerpo.
¡Que jamás tanto mal mirar yo pueda!
No pueden ser opuestos nuestros votos
Ni tal crimen caber en tu alma tierna.
No las aguas del Ponto te engendraron
Ni la que fuego arroja, la Quimera,
Ni el perro de serpientes rodeado
Que tiene tres cabezas y tres lenguas,
Ni Scila cuyo vientre canes ciñen
Ni leona cruel de fuerza llena,
Ni las tierras de Syrtes ó de Escitia,
Sino, en la casa culta do se hospedan,
Tu madre, la más dulce de las madres,
Y el mejor de los padres de la tierra.
¡Que en buenos trueque el dios mis sueños crueles
Ó los arrastre el viento en su carrera!